

Iohann Iacobus VVeckerus in Antidotario pag. m. 642. scribit: Sulphur à sordibus probe repurgatum, dum flores appareant citrini: qui per se, vel in oleum reducti & exhibiti plurimorum morborum medicina existunt. Andernacus.

Iosephus Qvercetanus, in pharmacopœa dogmaticorum, pag. 144. de floribus sulphuris: ad enumeratos pulmonum affectus plerumque offerre soleo: de quibus utendum præcipio mane à prandio circiter quartam hora somni & noctu primis Vigiliis, præstantissimum medicamentum est, ad illa ut diximus mala. Nullis enim laudibus satis prædicari possunt flores sulphuris, qui verum pulmonum Balsamum est.

D. Iohannes Schröderus in pharmacopœa Medico-Chymica pag. 502. 503. de viribus florum sulphuris: Resistunt putredini, cient sudorem, exiccant &c. hinc profunt in peste, pestilentialibusq; febribus, sive curandi sive præservandi gratia adhibere libeat. Exhibentur quoq; utiliter catharrhosis pulmonialis tussientibus & simil.

Dosis robusto drachmam unam, Iuveni drachmam semis, in præservatione autem non excedimus Scrupulum semis, exhibemusq; commodicè cum extracto Anulæ campanæ.

Basilius Valentinus in seinen Handgriffen setzet: Die Schwefelblumen dienen den Lungensüchtigen / auch stillen sie den Husten / eröffnen die Brust / und Brustgeschwer / auch Apostemata / und alles was im Menschlichen Leibe Ursach zur Säulung geben wil / bringen sie zu rechte / so ferne es auff eine Zeitlang gebrauchet wird.

Balduinus Clodius Fürstlicher Marggraffischer zu Durlach / auch Fürstlicher Anhaltischer Rath und Leib-Medicus in seiner Officina Chymica pag. 115. setzet von der Krafft  
und